Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift

19

iectae terrę continuos dies habere
senis mensibus. Noctesque e diverso
ad brumam remoto, quod fieri in in
sule tyle pytheas massiliensis scri
bit. VI dierum navigatione in septen
trione a britannia distante.

VIII. DE TEMPORIBUS.

Tempora sunt vices mutationum
quibus sol accedendo vel recedendo
anni temperat orbem. hiem s enim
illo longius morante frigida est et hu
mida; ver illo redeunte humidus et ca
lidus. Aestas illo superferuente cali
da et sicca; Autumnus illo deceden
te siccus et frigidus. haec antiqui
sexto die ante idus februarias et maias
augustas que et novembres inchoabant.
ut solstitia et equinoctia in medio
essent temporum. Verautem ori
enti comparatur quia tunc e terris
omnia oriuntur. Aestas meridi
ano eo quod pars eius calore flagran
tior sit. Autumnus occiduo eo quod
ob confinium caloris et frigoris
grauer morbos habeat. hiems sep
tentrioni eo quod frigore torpeat.

VIIII. DE ANNIS.

Annus solaris vel civilis est. dum sol
CCCLXV diebus et quadrante zo
diacum peragit, quem romani
a bruma. hebrei ab equinoctio ver
no. grecia solstitio. aegyptii incho
ant ab autumno. annus lunaris co
munis. id est XII lunis diebus CCCLIIII. embolismus
XIII lunis et diebus CCCLXXXIIII im
pletur a luna paschali sumentes initium.
annus magnus est dum omnia sidera cer
tis cursibus exactis ad locum suum rever
tuntur. quem sexcentis annis solaribus
iosephus dicit impleri. DE BISSEXTO.

Bisextus ex quadrantis ratione per
quadriennium conficitur. dum
sol ad id signum ex quo egressus est
non in CCCLXV diebus sed quarta
diei parte superadiecta revertitur.
Verbi gratia si nunc aequinoctialem
cęli locum oriens intraverit in hunc
anno sequente meridie. tertio
vespere. Quarto medio noctis.
Quinto rursum in exortu recurrens
necessario diem premonet augen
dum. Nam si forte non addatur per
DCCCCLXV annos equinoctium ver
nale brumali die perveniat. quae
egyptii anno suo expleto. id est
IIII kal. septembris. Romani VI kal.
mar. unde et nomen accepit inter
ponunt. brevi ora aut et vulgari
ratione bisextum retardatio
generat solis non ad eandem lineā